



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 34. Convocatio Concilii Ephesini.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](#)

omnibus illis, qui JESUM Christum in Sæculum V.  
duos dividunt, & ante omnes Nestorio A. C. 449.  
anathema dicit.

### §. XXXIV.

#### *Convocatio Concilii Ephesini.*

Interim Chrysaphius Evnuchus, maximus Eutychis Præsidium, ad Dioscorum Episcopum Alexandrinum, litteras dedit, quibus promittebat, se, quoad vivet, ipsius partibus fore addictissimum, si Eutychis defensionem in se suscipere, & Flaviano, atque Eusebio adversari vellet. Imperatricem quoque Eudiam excitavit, ut iisdem partibus se jungeret, quo Pulcheriam ad Indignationem provocaret. Eutyches pro se etiam per litteras Diocorum rogavit, ut de hac causa cognosceret, & ea, quæ contra se acta fuerant, ad examen revocaret. Diocorus ad Imperatorem scripsit, Concilium oecumenicum convocari oportere, quod etiam, & facile, Eudocia, & Chrysaphio operam jungentibus, obtinuit. Epistolam, qua Concilium convo- catur, habemus, ad Diocorum directam, Att. I. p. 99. Constantiopolis tertio Kalendas Aprilis, post Consulatum Posthumiani, & Zenonis, id est, 30. Martii anno 449. datam. In ea Imperator dicit; cum circa Fidem aliqua dubia exorta essent, quibus multorum Conscientiarum perturbarentur, se Episco-

Niceph. lib.  
XIV. c. 47.

c. 12.

Cont. Calced.

Att. I. p. 99.

Sæculum V. Episcopis præcepisse, ut congregarentur.  
 A. C. 449. Et tu quoque, ait, oratione ad Dioscorum  
 directa, tecum assumes decem Metropoli-  
 tas, tibi subjectos, & alios Episcopos de-  
 cem, & ad primam diem appropinquau-  
 tis mensis Augusti Ephesum vos conser-  
 tis. Plures Episcopi non adveniant, n*on*  
 Synodus multitudine laboret; si quis ex-  
 vocatis absuerit, coram Domino Deo ra-  
 tionem reddet. Theodoreto autem, Epi-  
 copo Cyreni, cui jam ante præcepimus,  
 ut suæ Ecclesiæ solius curam gerat, pro-  
 bibemus, ne ad hoc Concilium veniat, do-  
 nec Patribus jam congregatis visum fu-  
 rit, ipsum advocandum. Ejusdem for-  
 mulæ Epistolas ad alios Episcopos Impe-  
 rator dedit; nimirum unusquisque Pa-  
 triarcha, seu Exarcha, parem Episcopo-  
 rum numerum ex sua Provincia adduce-  
 re jubeatur.

Sequente die decima quinta Maji Im-  
 perator alteram ad Dioscorum dedit E-  
 pistolam in hunc sensum: Relatum est ad  
 nos, quosdam in Oriente Archimandritas,  
 populosque Catholicos contra aliquos E-  
 piscopos, qui Nestoriani audiunt, fervide  
 disputare, binc mandamus, ut piissimus  
 Presbyter, & Archimandrita Barsumas  
 Ephesum eat, omnium Archimandritarum  
 ex Oriente vices acturus, atque in  
 Concilio cum Sanctitate tua, & omnibus  
 Patribus assideat. Imperator ad Barsu-

p. 10.

Barsumas.

p. 106.

mam quoque scripsit; laudat virum, ac <sup>3</sup>eculum V.  
si plurima pro Fide passus esset, atque <sup>A C. 49</sup>  
jus voti, & Sessionis in Concilio tribuit.  
Hanc gratiam ipsi Eutyches, & Diosco-  
rus ab Imperatore impetrarunt, ea frau-  
de, ut alii Abbates omnes, qui ipsis non  
favebant, excluderentur.

Præterea duobus viris Laicis impera-  
tum, ut tanquam Imperatoris Mandata-  
rii Concilio interessent, nempe Elpidius,  
comes Consistorii, seu Imperatori a Con-  
siliis, atque Eulogius, Tribunus, & No-  
tarius. Hi habebant in mandatis, ut di-  
ligenter curarent, ne quid in Concilio  
turbaretur, si quis vero tumultum excita-  
ret, hunc in custodiam darent, & ad Im-  
peratorem deferrent. Qui Eutychem  
condemnarunt, non ut Judices, sed ut  
Partes Concilio adsint. Nihil aliud in  
medium afferre liceat, quam causam Fi-  
dei. Ad Proclum, Asiae Proconsulem,  
mandata speciatim missa, ut duobus Im-  
peratoris Vicariis militare auxilium fer-  
ret, si, tumultu exerto, opus esset. Alia  
quoque Epistola ab Imperatore ad Con-  
cilium data, qua materiam tractandam  
præscribebat, scilicet quæstionem Fidei,  
inter Flavianum, & Eutychem motam,  
definiendam, & præcipiebat, ut omnes,  
qui Errorum Nestorii vel docerent, vel  
eidem faverent, suis Ecclesiis cedere co-  
gerentur. Tandem Imperator ad Dios-

Hist. Eccles. Tom. VI. H h corum

ibid.

107.

ibid.

Sæculum V. corum scripsit, eique concessit, ut Con.  
 A. C. 449. cilio præsit, *Cum bene sciam*, inquit, *sum  
 etos Archiepiscopos, Juvenalem Jerosolymitanum, Thalassum, & omnes Catolicos, qui zelo veritatis ardent, Tuæ Sanctitati consensuros.* Ejusdem formulæ Epistola ad Juvenalem Jerosolymitanum data.

S. Leo Papa quoque cum Episcopis Occidentis ad hoc Concilium invitatus; sed Imperatoris Epistola non ante tertium Idus Maji, id est, decimam tertiam ejusdem mensis ipsi reddita est. Duo tantum Menses, & dimidius usque ad primam Aug. qua Concilium inchoandum, supererant, & maxima hujus temporis pars in præparandis profecturis Episcopis ad longam viam necessariis fuisse consumpta. Deinde convocabundum erat in Urbem Concilium, designandi Legati, iisdemque mandata conscribenda. Satius ergo S. Leoni visum, ut Epistolas scriberet, & hujus Concilii celebrationem, si posset, impediret, aut saltem efficeret, ut Fides salva conservaretur. Primo ad Imperatorem Theodosium vigesima quinta Maji scripsit; declarat, se Fidei Nicænæ esse tenacissimum, at etiam eodem modo, quo Nestorium, illos quoque damnare, qui JESUM Christum veritatem carnis nostræ assumpsisse negant, id est Eutychem; hinc rogat Imperatorem,

*Leo ep. 28.  
 al. 13. c. 4.*

*Ep. 23. al. 9.*

rem, ut Concilium in Italia convocari Sæculum V.  
procuret. Verumtamen cum Papa dein- A.C. 449.  
de videret, efficere se non posse, ut Con-  
cilium Ephesi non ageretur, illo mitten-  
dos designavit Julium, Episcopum Pu- v. Quesn.  
teolanum, Renatum Presbyterum ad ti- Not. 39. ad  
tulum S. Clementis, Hilarium Diaconum,  
& Dulcitium Notarium, quibus plures  
Epistolas ferendas commisit.

§. XXXV.

*Epistola S. Leonis ad Flavianum.*

Inter S. Leonis Epistolas maximi ponde- Ep. 23. at. 10  
ris illa est, quam ad Flavianum, Epis-  
copum Constantinopolitanum, dedit;  
in ea solidissime explicat, quæ de Myste-  
rio Incarnationis credenda sunt. Initio  
Eutychem ignorantiae notat, qui in erro-  
rem lapsus esset, quod Sacræ Scripturæ  
operam non dedisset, imo nequidem at-  
tendisset ad voces Symboli, quod omnes  
Fideles discerent; cum in eo dicant, se  
in Deum Patrem Omnipotentem, & in  
Jesum Christum, Filium ejus unicum Do-  
minus nostrum, qui de Spiritu S. & ex  
Maria Virgine natus esset, credere. Tum  
S. Leo subjungit: *Hi tres Articuli ad o-*  
*mnes ferme Hæretorum Machinas sub-*  
*vertendas sufficient;* dum enim credimus,  
Deum Omnipotentem, & æternum, esse  
Patrem, Eius Filium eidem Coæternum,  
Consumentiam, & perfecte similem, esse

H h 2 demon-